



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.3. Rogabat Iesum quidam Pharisæus. Docet vos Pharisæus iustum esse, vt ex parte vestra Dei ministris seruiatis, lauteque eos excipiatis, quibus cum Tobia, vos decet esse gratissimos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

ritus S. vt nouerit quod ructus primū habeat, quod sape te reluctantē proueniat, nec legibus D. BERN. subit mundanæ urbanitatis: *Quas tu tuo ructui Serm. 67. leges impones, uel regulas non recipis tuam mod-*
in Caus. rationem, non à te compositionem expectas, non
ante med. commoditatem non oportunitatem requiris, per se
ex intimis nō modo cum non vis, sed & cum uescis,
erumpit, euulsus potius quam emissus.

Secundo: de plenitudine proficit stomachi, & illud redolet, quod in illo siue malum, siue bonum absconditur: *Odorem portat ructus, quando-*
que bonum, quandoque malum, pro uisorum ex
quibus ascendit, qualitatis: redundant electi
miseri cordiā donis, gratijs, Deique consolatione:
unde uerba illis de ore profuunt, uelut ructus
ex hac plenitudine, qui refert, istasque de-
clarat gratias, misericordias & gaudia quibus
affatus replentur. Hoc enim, inquit, David ce-
cituit. Magnificentiam sanctitatis tua loquentur
Ecce memoriam abundantia suauitatis tua eruclau-
erunt. Gaudijs bonisque Dei plenē cumulantur.
Replebimur in bonis domus tue. Gratijs impientur
Spiritus sancti ut uidimus in Apostolo illis e-
tenim uerba de pectore profiliunt tanto impetu,
*ut Diuus Petrus dixerit: *Nen possumus non loqui,**
*Joquatur nunc Diuus Bernardus: *Bonus ructus ex**
Dauid qui ait, eruclauit cor meum uerbum bon-
num. (Venite, audite & narrabo omnes, qui timetis
Deum, quanta fecit anima mea.) Repleti sunt Apo-
li Spiritu sancto, & eruclantes omnia implerunt
bonitate. Qualiter docebat Apostolus, ut dies
quidam fulgidissimus eos, qui dies sunt uerba
2. Cor. 7.4

hæc eruclando: *Repleti sum consolatione, super-*
abundogaudio & quibus perfectos docet diuina
gaudia, quibus supra modum demulcet, &
& qualiter illis sit agendum, ut istidem perfruan-
tur.

X. Idem perpende in Apostolico Patre nostro
 Qualis Sancto Dominico, & in humano Seraphin San-
 fuerit to- Et Francisco alijsque quam plurimis; quænam
 tus san- uerba de eorum ore procedebant, uelut quida
 etorum. ructus de plenitudine spiritus emissi, quo in a-
 nima replebantur, quibus Dei misericordias illis
 eloquuntur qui Deo famulantur, sanctos in-
 struendo, qua ratione ad sanctitatis valeant a-
 pteam peruenire. Porro noctes pariter statuit,
 quæ noctes doceant: *Nox nocti indicat scientiam.*
 Lib. 2. de Pauca sunt ex iudicio Diui Ambrosij, quæ ut
 pent. c. 6. benefiant, magis discere oporteat, quàm uera
 & 199. penitentia. Hæc scientia quedam est, quam
 non omnes capiunt, non omnes norunt: ut ce-
 nim dicemus, nec ipse Indas illam facete probè

nouit, licet peccati sui pœnitentem eum, sacerdo-
 tes consuluerit & receptum traditionis suæ pre-
 tium congruè restituerit: nec Esau illam facete
 sciuit, lacrymas licet fuderit ueteriores, nec An-
 tiocho illa profuit, quam tanto licet dolore
 multisque emendatione sponderit iuramen-
 tis, & integram addiderit satisfactionem. Et
 sine statuit Dominus magistros scientiæ præcla-
 ros, qui hanc peccatoribus proponant scientiæ:
Nox nocti indicat scientiam. Ecce hic peccatores,
 inquit D. Ambrosius uobis Dominus magistram Lib. 2. de
 exhibet in hac materia sapientissimam: *Ecce mu-*
lier que erat in ciuitate peccatrix, quam nobis in
Ecclesia sua primæ cathedræ magistram tribuit,
quæ nos scientiæ doceat & oculis uelut luci-
dum speculum exhibeat in praxim totius hu-
ius theoricæ de hac materia conspiciamus. Om-
nibus qui uolunt ueniam promereri, magisterium
præbet. Illam igitur eiusque spectemus actiones:
 idcirco namque Euangelista Lucas, ex mente
 D. Gregor. Nyssen. ut pictor eminentissimus in
 huius peccatrici pœnitentiæ nobis eam deferat
 eos qui
 bit à nobis faciendam, & uelut medicus exper-
 acerbis
 tissimus ex illis omnibus unum prescribit Reci-
 iudicant,
 pe salutare: *Lucas animorum magis, quàm corpo-*
rum medicus, præsentem hanc nobis, non tam nar-
rationem quàm planè appositam agrotantibus: exhib-
uit medicinam, uerba sunt Diu. Gregor. Imo ea
 L. 3. cont.
 de causa solus ipse inter Euangelistas (ut notat
 her. c. 1. 4.
 Diuus Irenæus) hanc de pœnitentiæ scripsit histo-
 riam.

§. 3 Rogabat Iesum quidam Phariseus:
Docet vos Phariseus iustum esse, ut ex parte
uestra Dei ministri seruiatis, lausque eos
excipiatis, quibus cum Tobia, uos decet esse
gratissimos.

S istamus paululum in hoc uerbo *Regabat,*
 sicut Diuus Thom. in alio simili. Est præ-
 teriti imperfecti, quod actionem signat
 incipiam & productam, non tamen finitam, &
 duo significat: unum ex parte Pharisei, alterum
 ex parte Saluatoris. Ex parte Pharisei actio-
 nem indicat imitandi Dominum repetitam: e-
 tenim semel & bis, iterum & sæpius illum ro-
 gabat, ut cenam sumere in domo illius Chri-
 stus dignaretur: ex parte Christi declarat,
 quod non ad primam imitationem conuiuium
 acceptauerit, uel secundam, sed non nisi ad ma-
 gnam instantiam & serò tandem aliquando
 N n n n n Vterque



Vterque laudandus est de bono opere, ille in multiplici prece Christo oblatus, ut conuina ueniret ad mentem, & Dominus in non acceptando nisi semel istaque precibus motus importunis.

Vos instruit Pharisæus, nos vero Saluator. Urbana te docet comitas amoris & gratitudinis iudicia debita prædicatori, Confessario, præfatio & ministris qui salutis animæ tuæ gerunt negotium: nam luadet æquitas ut te ipsum memorem exhi eas, desiderans ipsis placere, demulcere gratulari, illos semel & bis ad mentem inuitans & hilare conuincens. Nemo melius hoc expressit quam D. Paulus scribens Theſsaloni cenſibus: *Rogamus autem vos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter vos. Et præſunt vobis in Domino. Et mouent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum: pacem habet cum eis.*

Expendamus illud aduerbium *Autem*, quod emphaticum habet singularem q. d. multa à vobis requisit, & ad multa sum adhortatus: sed hoc statuo in frontispicio, affectum bonamque correspondentiam qua prædicatores, Confessarios, & superiores excipiat: *Rogamus autem vos, fratres ut noueritis eos, qui laborant inter vos.* Non vult dicere, ut cognoscatis eos simpliciter cognitione sed cordis affectuosâ. In Sacra Scriptura hoc dicitur nosse, quod magnificis & caris habes: unde dicitur Deus amicos suos nosse, & non nosse peccatores: *Novit Dominus qui sunt eius.* Malis autem dicturus est in die iudicii: *Discedite à me, non noui vos.* & virginibus factus: *Amén dico vobis, nescio vos.* Quocirca dicere, cognoui illum, idem est ac si diceret illum honore & veneror: *Sicut vobis maximo in prætorio. Præceptor Angelicus ait illo verbo Noueritis significari, quod dicebamus, cum grati animi affectu cognoscere Dominum, iustum iudico ut illud agnoscas quod tibi debes: unde tibi dicit Apostolus: *Recognoscite beneficia eorum.* Amoris & mutue benivolentiæ ac gratitudinis excitatores esse dixeris beneficia iuste & rite considerata. Animo perpende studioso quænam ab illis recipias, hæc enim te in eorum accende ut amorem, plusquam cetera omnia. Hoc insinuat: *Ut habeatis illos abundantius in charitate. Id est cum D. Thom. Dicitur eis charitatem abundantius præ aliis, propter beneficia & commoda quæ vobis præstunt atque in vobis operantur. Propter opus eorum.* Formula loquendi hæc est: Dominus valem agnoscat & ploris æstimat: multum etc.*

I. Quantū homines debeant Prædicatori us. Confessarijs, &c. 1. Theſ. 5. 12.

II. Quid significet nosse aliquid.

In e. 5. 1. Theſſ. lect. 1 in fine.

III. Quid sit eorum opus.

nil illi debet, & tui gratia præstitit non exiguum. Agnosce & ama Prædicatores, Confessarios, Deique ministros præ ceteris feruentius, inquit D. Paul. quia multum illis obstringimini propter bona opera, quibus vos assatum affecerunt & afficiunt *Propter opus eorum.*

Iam te audio querentem cum D. Chryſostom. quænam opera? Quæ beneficia? Quæ bona? maxima & suprema: tuis te debitis absoluunt, de inferno te liberant, tibi cælos aperiunt, animæ tibi largiuntur diuitias, coram cælesti Rege tui intercedunt aduocati, cæcæ tuæ mortuæ vitam infundunt deseruente diaboli te vendicant, ea omniaque de causa illos Deus suo statuit loco vicarios: hoc est *Præſunt vobis in Domino.* Si medico, qui te de exanthemate mortali curauit, vel de lectulo sustulit, in quo mortem tibi formidabas, gratias sic ac beneuolus parua censet ea omnia quæ habes licet illi deæris: similiter chirurgus, qui tibi venam aperuit, quando tibi caput confregisti vel qui tibi corruptum & luxatum reparauit brachium, te tantum indices obstrictum ut præter pretium debite solutum, illi perpetuo deuinctus esse videaris. Si aduocato coram iudice, inquit præfatus doctor, cuius opera tibi sis est adiudicata, vel dignitatem assecutus es transitoriam & stramineam, tibi videaris sic obligari, ut rames quantus es, minor sis ad æqualem iustamque compensationem, quanto meliori iure idem est tibi de confessario stamendum, qui tuam curauit animam, mortuam resuscitauit, debita tua etiam gratissima remisit, à tam enormibus te desictis absoluit, Deoque reconciliat: Quam gratus esse debes prædicatori, qui te illuminauit, & de mortali excitauit lethargo, tibi cælos aperuit? Quid Prætorio qui tui gerit sollicitudinem, repitque animam, te Deo reconciliat, vigilat assidue pro te apud diuinâ intercedens clementiam in salutis tuæ enolumentum: *Propter opus eorum.* Si beneficio conformiter & operi quod aliquis tui gratia præstat debet esse gratitudo, perpende quod opus tibi faciant & in tuum commodum, non vile, non terrenum, sed suprenum & cælestis, ut tibi in gloriam tuam cedat æternamque beatitudinem: *Propter opus eorum.*

Quid iudicet, parui laboris esse studere, & prædicare toto corpore, totaque anima laborando? Quid tibi persuades iteundum esse valde tuas audire nefandas iniquitates fraudes & immunditias in confessione plurimas? An modicum facit in tui gratiam, qui se vadem offert pro debitis tuis

IV. Similitudo.

uis & animæ tuæ nauiculam reddidit certiorē, cui Deus si illa petierit, eius ad illo pretium, exiger eo rigore quo supra retulimus? Hoc enim aliquo modo confessarius exequitur, quando peccata tua confessione tibi dicitur modo esto securus & pacatus: illo etenim, quasi fideiussor pro anima tua spondet Deo rationem redditurus eius, quod tibi remisit, prout tunc exposuimus.

V. **Similitudo.**
D. CHR. Hic autem apud Deum tuum patrociniū suscepit, & te defendat apud hominem, omnia agit, & orationem ei habes gratiam.
Ho. 10. in 1. ad Thef. Tom. 4.

Afferamus hic testem D. Chryostom. Si homo aliquis patrociniū suscepit & te defendat apud hominem, omnia agit, & orationem ei habes gratiam. Hic autem apud Deum tuum patrociniū suscepit, & te defendat apud hominem, omnia agit, & orationem ei habes gratiam. Die mihi, si velles videre Regiam multo auro splendens, & gemmarum fulgore coruscantem, inueniri autem eum qui habet claves ille autem regiam hanc aperuerit, & intrauerit, an non ipsum omnibus proponeret, non aquæ usque oculos amaret? hic tibi calum aperuit, & non amplecteris. Quantum illi debere te iudicantes, qui te carere conclusam, mortisque sententia damnatum, saluum e. duceret, & loco staueret tutior, sicut Angelus D. Petrum? Quantum illi qui te manibus præuentum inimicorum, qui te & vinculis constringerent, plagasque imponerent mortales, ex illis eriperet, illaque omnes seculi entraret? Obsecro vos fratres (sic D. Paul.) ut hæc opera noscatis ab illis vobis præstita, & hæc quibus vos cumulant, non parua beneficia. Rogamus vos, ut nosciatis eos.

VI. **Vtriusque Tobie gratitudo.**
 Ni fallor historia meminit vtriusque Tobie patris & filii. Viri erant dignitate primarii & per consequens gratitudine spectabiles, accedit illos Angelus Dei Raphael sub signa iunioris adolescentis, qui in longinquam peregrinationem via comēs & dux sanctum Tobiam direxit iuniorē, quem à deuotione seculi piscis eripuit, qui ad oram fluminis egressus Tygridis eū deuocare sa agebat. Instruit autem eum qua ratione ex eo possit sibi non paruum conquirere utilitatem: eundem contra daemone astus defendit & potē iam in domo Raguel, ne præfocaret eum, & inmereret, uxorem illi tradidit filiam Raguelis & immensas cum illa facultates: hæc tumulat Tobias beneficia ab adolescente illo recepta sanctissimo, atque in se reuerſis, ad Angeli se pedes præstravit, se seruum sūm illi subiiciens, atque Azaria frater, peto ut misentis carba mea: si me ipsum tradam tibi seruum, non ero condignus providentia tua. Deinde saluus, in domo patris sui reuerſus, vidensque quod præterquam illum ita tunc duxisset liberasset, protegiſſet & incolumem reduxiſſet, patris insuper sui

cæcos illuminasset oculos, ab illis squamas felle piscis auferens, conuenit cepit cum patre suo, pondus perpendens, quo gravabantur ex tantis beneficijs & obligationem, quam illis imposuerat gratitudinis, inter se consilia conferunt qualiter ipsi valeant satisfacere, tantisque dignè respondere beneficijs: ait autem Pater senior: me premunt: fili mi, angustia nec parum eximior, recogitans, quid viro huic sancto rependere valeamus in tantorum honorum & operum adeo viliū, quibus nos plus æquo cumulauit digna iustaque compensationem. Quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecum? Hic anima mea, pater, mi curis anxiat, quandoquidem obsequia nostra illius non possunt æquari beneficijs. Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me dixit & reddidit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & daemone ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum à deuotione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæci & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi adhuc poterimus dignum dare?

Perpende qualiter illi viri nobiliores procedant suoque sint grati benefactori. Proponunt illi dimidium suarum offerre facultatum: quocirca seorsum tota animi submissione eum deprecantur. Tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omninoque attulerant, acceptam habere. Hoc illi decreuerunt memores, tantisque grati beneficijs. Nunc igitur attentius perpende, quid tibi fecerit faciatque pastor confessarius, prædicator, & superior, omneque sigillatim reuolue quid tibi fecerint, nec inuenies illa præfatis esse inferiora. Illa perpende, illa considera: Rogamus vos, ut noueritis eos qui laborant inter vos, & præsent vobis in Domino. Hinc colliges ex admonitione Apostoli, piū erga illos affectum imo, quam erga ceteros, feruentiorē, & desiderium illos honorandi, feruendi & gratificandi, vehementius. Admirationis in diuinitate, ut honorificentia sacerdotis (ita D. Ambrosius.) non de honore magis sit sed de amore. D. Augustinus. Optinē Pharisæus facti, meritoque laudandus, in ea. 5. 1. dum Redemptorem nostrum non semel & importunus obsecrat, ut domus sua dignetur acceptare conuiuium, illamque sua honore præsentia: donaque cumulare: est etenim Christus cælestis prædicator, magister & hominum reparator, cuius omnes eo tendunt occupationes, ut hominibus beneficiat: cæcos etenim illuminat, mundat leproſos, curat corpora, sanat animas, easque in cælum dirigit, Deo reconciliat, & debis.

Tob. 12. 1.

Tom. 4.

debitis suis absoluit liberalis. Suae erga Christum debita factis obligationi, quod tu non faceres in gratiam Parum tuorum spiritualium. Sacerdotum & ministrorum Evangelii: quid enim illis non debes, & quibus non sentis te obstrictum, si perpendis, quod in te tam gratuita operentur. Propter opus eorum? Insuper hic apposite profertur, quod in isto quod Phariseus intendebat, magis proprio commodo serviret, quam Christiana dum suscipis & lautius excipis pauperes, hoc in tuum magis quam illius cedit emolumentum: ut aliis saepe proposuimus.

§.4. Rogabat Iesum. Nos instruit Saluator. *ne facile vestras acceptemus epulas, & delicias, & Eliseum ac Danielem imitemur.*

10 **I**N hoc facto Phariseus extollitur vos ipsos utiliter erudiens, sed multo melius Redemptor noster, convivia non acceptando, nec oblatas ab illo delicias, nisi frequenter & importune sollicitatus: & illa quidem vice, qua illorum confitebatur precibus, hoc eodem factum est animo, ut spectet utilitatem quandam non parvam spirituale inde fecuturam, ut postmodum dicemus, nos instruens predicatores, sacerdotes & Evangelij ministros, nobis minime convenire convivia, diverticula, epulas & delicias admittere temporalis, nisi rogati sumus instanter & saepe saepius, & hoc quidem tandem aliquando & rarissime praesertim quando speratur in de lucrum aliquod spirituale. Docet hoc D. Hier. advertens nihil esse, quod sic contemptum predicatores exorat. Confessarios, Sacerdotes & Ecclesiasticos, quam si frequenter intersint convivijs, & recreationes ambiant populi, quantumlibet primarij sunt: etenim ibi notant illos sibi similes, & multa nimis in actionibus admittitur socordia, & quamvis aliquis sit sibi mirum in modum prospiciens, alteri tamen videtur aut comedere aut bibere superabundanter. Sicut e converso, nihil sit illis honorem conciliat, & reverentiam, quam dum multis praesertim usurgitur ad epulas & munerum receptionem, illa tamen maiori animi constantia, & propo sita negant firmi vi.

Obijcies mihi o Nepotiane (sic D. Hier.) quod si te Dominus aliquis vel praetens quisquam dignitate spectabilis invitet ad prandium, illudque non acceptet, te rusticum iudicabit & invidiosum, aspernabitur te floccique pender. Respondeo, saltem amice falleris: quanto namque ostendit

amplius quod sibi displiceas, teque infimulet inurbanum; tanto te intus in corde suo pluris aestimabit, honorabit, & venerabitur de iudicis tanto magis hominem esse caelestem, quanto minoris terrenas facis delicias. Loquatur ipse D. Hier. Hier. *Facile committitur Clericus qui saepe vocatus Episc. 2. ad ad prandium, non recusat. Numquam petentes, raro Nepotias accipiamus rogati. Nescio enim quomodo etiam ipse Tom. 4. qui deprecatur, ut tribuat, cum acceperis, viliores te iudicat, & mirum in modum si eum contempseris, plus te posterus veneratur.*

Consideremus hoc in notissima illa historia, 4. Reg. 5. quam suis omnibus circumstantijs de Eliseo enarrat Spiritus S. Ad illum accedit princeps maximus ex Syria Naaman magno comitatu stipatus curruum & camelorum, supplex & expositulans Probatur ab illo lepra suae mundationem. Postulatis autem exemplo nuntii Propheta praescribens illi ut septies in Ior. Elisei. dante la varetur. Lotus septies pristinae munditiae restituitur, tanquam beneficij memor regreditur ad Prophetam acturus illi gratias. atque, nunc scio vere, vir Dei, non esse alium verum Deum, nisi in Israel, quando quidem tu servus sis illius, cuius consilio tantum me fateor percipisse beneficium, toto corde deprecor haec dignetur munuscula suscipere, Di. to citius, infinito prope modum effundit aureos, plures tunicas velles varias & monilia pretiosa. Confestim respondet illi Propheta, animo adeo constanti, se nihil omnino ex oblatas accepturum, ut si lemni se obstrinxerit iuramento. *Veni Dominus, ante quem sto quia non accipiam.* Urget, iustat princeps & summo prece deprecatur, ut quasi vim illi inferre videretur. Quanto fortius instabat ille, ut Propheta munera donaque acceptaret, tanto Propheta illa negabat se velle constantius. Hoc verba illa textus insinuant. *Cumque vim faceret, penitus non acquiescit:* quibus significatur quod variè multisque modis Propheta esset importunus. Cum igitur tibi pecuniam non exoptes, saltem illam accepta pro pauperibus Nec hoc quidem. Si nec illud saltem vestes accipias. Absit hoc omnino. Si nec illas tibi concupiscas, saltem tuis profum discipulis comitibus tibi que servientibus. Apage, nec mihi nec illis. Hoc saltem indulgeas ut de manu tua pauperibus erogentur. Dico igitur, o Princeps, ne tempus frustra tuis oblationibus: nihil enim eorum, restor Deum sum accepturus, *penitus non acquiescit.*

Meo quidem iudicio, molestè hoc ferre debuerat Princeps adeo pronus & effusus, graniterque congeri quasi de accepta iniuria & illata contumelia, quod de manu sua munuscula accipere reculisset

Epi. 2. ad Nepot. I. Religiosi frequentes convivia & munuscula acceptantur.